Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

& consiliatore usus est: & artifice in excogitandis ornandis proficiendisq;
rebus: qm is & prouidentia & prate prefectus est: De quo nunc partim:
q; alio loco & uirtus eius & nomen & ratio enarranda nobis erit. Ne
mo querat ex quibus ista materiis tam magna tam mirifica opera deus
fecerit: Omnia h. fecit ex nihilo: Hec audiendi sunt poetae: qui uiunt
duos in principio fuisse. id est confusionem rerum atq; elementorum:
Postea vero deum dirimisse omnem illam congeriem: singulisq; rebus
ex confuso acerno separis in ordinemq; descriptis instruxisse mundum
pariter & ornasse: Quibus facile est rndere pratem dei non intelligentibo:
quem credant nihil efficere posse: nisi ex materia subiacente ac parata:
in quo errore & plà fuerunt: Nam Cicero de natura deorum disputa
transait: Sic primiũ igitur non est probabile eam mãm rerum: unde
omnia orta sunt: esse dina prouidentia effectam: sed & habere: & habuis
se uim & naturam suam: ut igitur faber cum quid edificaturus est:
non ipse fiat mãm: sed utatur ea: que sit parata: fictorq; item cera: sic ista
prouidentie diuine mãm presto esse oportuit: Non quam ipse faceret: sed
quam haberet paratam: q; si materia non est facta a deo: ne terra quidem
& aqua aer & ignis a deo factus est: O q; multa sunt uitia in his de
cem verbibus: Primum quis: qui in aliis disputationibus & libris fere
omnibus prouidentie fuerit asserror: & qui acerrimis argumentis im
pugnauerit eos: qui prouidentiam non esse dixerunt: idem nunc qi
proditor aliquis aut transfuga prouidentiam conatus est tollere: sn
quo si contradicere uelis: nec cogitatione opus est: nec labore: sua illi
dicta recitanda sunt: Hec h. poterit ab illo Cicero: q; a Cicerone uel ex eim
tus refutari: Sed concedamus hoc mori & instituto academicorum: ut
liceat hominibus valde liberis dicere ac sentire: que uelint: Sententias
ipsius consideremus: Non est inquit probabile mãm rerum a deo factã:
Quibus hoc argumentis docet: Nihil h. dixisti. quare hoc non sit pro
babile uideatur nec tamen temere uideatur cogitantibus plus esse aliquid
in deo: quem profecto ad imbecillitatem hominis redigis: cui nihil aliud
q; opificium concedis: Quo igitur ab homine dina illa uis differret:
si ut homo: sic & deus ope indiget aliena. Indiget. uũ si nihil moliri
pot: nisi ab altero illi materia ministretur: Quod si sit imperfecte uis
q; uirtutis est: & erit iam potentior iudicandus materie institutor:
Quo ergo nomine appellabitur: qui potentia deum vincit: Si quidẽ
manus est propria facere: q; aliena disponere: Si. uũ fieri non pot ut sit
potentius deo quicq; quem necesse est perfecte esse. uirtutis. potestatis. ra

Acenter. argum.